

Jacob Lembke

**Jacobus Lembke/ U.I.D. eiusdemq[ue] Prof. Publ. ac ad hunc Actum Decanus,
Suo & Amplissimae Facultatis Iuridicae nomine, ad Disputationem Inauguralem,
quam pro Licentia, Summos in utroque lute honores consequendi, Clarissimus
Candidatus Dn. Joachimus Gothofredus Stemwede, Sverino Mecklenburgicus, In
Auditorio Maiori, Ad diem IX. Iulii, horis ante & pomeridianis solenniter
habendam constituit Magnif. Dn. Rectorem, observantia & humanitate invitat :
[Rostochi[i] Sub Sigillo Facult. Iurid. die 28. Iunii, A. 1685.]**

Rostochi[i]: Weplingius, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn756691672>

Druck Freier  Zugang



N.N. 2 (149.)

1. Riven, retractum legalem in lacatione locum non habere.
2. Riven, an et quatenus mortis reus tormentis denuo subjicendas sit?
3. Riven, de clericis cambiante.
4. Arnold, de probatione per scriptarum privatem.
5. Billeb, de jure divino facies Iunior. Constitutionibus et praepromis ordinatione ecclesiast. Pomeraniae,
6. Sennius, de renuntiationibus factacionum, praecipue inter illustres nobilesque Familias uictoris.
7. Birnbaum, de jure pupillorum singulari.
8. Bornmüller, de erroribus historicorum gentilium in rebus facios regendis.
9. Voigt, de presbytero legitima ordinationis ministro et praefcripta iuri divini et humani.
10. von Spiegelgen, de fortitione
11. Steinwich, de iuribus civitatum.
12. Scherer, de reconventione.
13. Scherer, de litis contesti et iuramento celum nidae.
14. Wildvogel, de tutela dative.
15. Wildvogel, an et quomodo princeps bonus bonis privatum preueleste debeat?
16. Scheffel, de judice per accidentem competente
17. Wildvogel, de commodeato filii, ob non Dope manet Corba Franconia in stratis zum Gabowen zu verlafuer.

18. Wildvogel, de statibus provincialibus, non sicut locutus.
19. Wildvogel de terra Fruentaria.
20. a Diceldorff, de potestate statum imperium protestanti, um circa matrimonia fabitorum.
21. Orelli, matrimonium infideli contradicens iuri naturae.
22. Badin, de restringende libertate matrimonii in eendi una Einschränkung der Freiheit im Ehevertrag.
23. Bonhoeffer, de jure venandi p modernum servitatis juris publici in territorio alieno ejusque usq; dabu;
24. Hahn, de pignoribus et hypothecis.
25. Hahn, de fiduciis commissis familiae.
26. Tabor, de constitutio ne, repetitio et privilegio doli.
27. Lemercier, de obsequatione judiciali.
28. Linckius, de jure retentiois.
29. Redeker ad diss. de jure cœsor.
30. Redeker, de jure cœsor.
31. Redeker, ad diss. de quaestioneibus.
32. Redeker ad diss. de actionibus in rem.
33. Redeker de actionibus in rem.
34. Sonnabel, de fiduciis pignoribus

JACOBUS

Emblema U.I.D.

ejusdemq; Prof. Publ. ac ad hunc Actum

DECANUS,

Suo & Amplissime Facultatis Juridicæ
nomine,

ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM,

quam nō LICENTIA,

Summos in utr. que Jure honores conseqvendi,

CLARISSIMUS CANDIDATUS

DN. JOACHIMUS GOTHO-
FREDUS STEMWEDE,

Sverino Mecklenburgicus,

IN AUDITORIO MAIORI,

Ad diem 2. Julii, horis ante & pomeridianis
solenniter habendam constituit,

Magnif. Dn. RETOREM, Omnes omnium
Facultatum DNN. Profesores, Doctores, Licentiatos, ver-
bi Divini Ministros, Philosophia Magistros, suistitulis & honoribus
splendidissimos, Nobilissimam sum Coronam, omnesque adeo
Literatos, Literarumque

qua par est, observantia

KUSTOCHI, Character.

GU, Acad. Typogr.



te carere, non minima pars est
eatitudinis in vita mortali. se-
cundū Petr. Gregor. Tholos. in
Syntagm. Jur. Lib. 4 o. 11. m. 3. Tū
propter sumptus immensos, qui
quætidie erogandi veniunt arg.
l. 51. ff. d. pecul. litigari enim absq;
pecania nunquam potest l. 79.
ff. e. judic. ted prima, media &

ultima cautio litigiorum et de expensis solvendis &
insumendis Auth. offeratur C. de litis contest. Ventur.
de Valent. in Parthen. litig. lib 1. c. 4. n. 5. ut verè dictum
videatur, satis luctari eum qui à lite discesserit. Petr.
Gregor. Tholos. Syntagm. Jur lib. 47. cap. I. n. 12. Unde
litigantes similes esse Chymitis, ait Carpzov. part. I.
Const. I. def. I. n. 4. qui sicut labiosi quærunt lapidem,
donec omnia dilapidaverint, ita litigantes & le & o-
pes conterunt, donec tristissimum litis eventum ex-
periantur, & Chymistarum præmium, nimium pau-
pertatem, sentiant. Tum propte diuturnitatem ac
jacturam temporis, cum lites soleant esse immorta-
les & vitæ hominum modum exceant l. 13. pr. C. d.
judic. Qvod malum etiam summum Imperii Tribunal
Spirens invasisse videtur, ut ere pudeat referre,
qvod impudentur nonnulli e. omunt: Spiræ lites spi-
rare, nunquam exspirare, litigantes diu sperare, nun-
quam adspirare. V. Valent. in parth. litig. lib.
1. cap.

i. cap. i. n. 22. Tum propter varias molestias, vānam spem, timorem, curas ac labores, qvæ omnia litigantes excercere solent, qvæqve totiens quotiens eos devorare oportet, non aliter atqve pillulas. Bodin. de Republ. cap. 6. n. 464. Tum propter juramenta, qvæ s̄epius vix sine aliquā labecula conscientiæ præstari possunt. Tum propter discordiam, rixas, inimicitias, ac rancorem animorum, qui ex litibus oritur, calumniasqve qvibus actor reum, & reus vicissim auctorem proscindere solet. arg. l. 20. ibi sed si aliquā ff. de Obl. Et act. Pauci enim sunt, in qvos illud Germānicum: Der Sachen Feind / der Personen Freund/ cadit, dicente Keller. de officio: jurid. polit. cap. 7. p. 327. Tum tandem propter eventum litis, uti belli, valde dubium l. 51. ff. d. pecul. l. 78. ff. ad SCtum. Trebell. quo contingit, ut multi etiam sub justo clypeo pereant. Petr. Heig. part. I. qvæst. 12 n. 5. Ut maximè enim causa habeatur justa, nec non patrocinium Advocati omni præstitum sit opera ac industria, nihilominus tamen incerta est victoria, cum non semper laborem sequatur effectus c. 10. ibi: quippe X. de renuntiat. & fieri possit, ut judex recte ac legitime sententia ferat, fieri etiam possit, ut ob inimicitiam, amicitiam, imperitiam, gratiam vel sordes inique decernat, ac à veri ac justitiæ tramite aberret. arg. l. 55. ff. d. re judic. l. 15. S. I. ff. d. judic. Hinc verissimè dixit, quisquis dixit: Sententiam Judicis atqve litis victo-

etiam inter casus fortuitos referri. Ventur. de Valent. in Partib. li-
cens lib. I. cap. II. n. 2. Omnia hæc in commoda lictum Medio-
lani, Prætorio, his verbis inscripta reperiuntur: In controver-
sia causarum capitales inimicitie oriuntur, sit amissio expensarum,
laboranimi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhonesta
crimina inde consequuntur: Bona & utilia opera postponuntur; Et
qui sepe credunt obtinere, frequenter succumbunt, ac si obtainent:
ut refert Cbytr. in delit. itin. pag. 244. Qvia verò, ut prudenter
dici solet, fortunæ arbitrio haud committendum est, qvod
per concordiam componi potest. Knichen. de Jure Sax. cap. 3.
fol. 26. hinc litigaturis longe consultius est, ut prius amicabi-
lem compositionem qværant, & super re dubia potius transi-
gant, qvam Judicis decisum efflagitent, magisqve sibi prospici-
unt, concordiam prius tentantes, qvam ad procelsum Juris
decurrentesc. I. X. d. mut. petit. c. ult. X. d. transact. Nec enim inju-
stis etiam litigiis Christiani ad altercationem commoveri, nec
turpe ducere debent cedere, quasi qvid de jure suo diffidere vi-
deantur, qvia salubris est detestatio lictum. Carpzov. lib. 2.
Resp. 51. n. 5. & qui execratur illas ejus verecundianon est vitu-
peranda l. 4. §. I. ff. d. alienat. jud. mut. caus. sed potius hæc cogi-
tatio laudanda, siquidem lites & Legibus, & Papæ, & Impe-
ratori, & omnibus probis viris esse odiosas, notat Pacian. vol. I.
conf. 4. n. 1. Et licet ab amicibili compositione partes sœpius
Advocati & mandatarii dehortentur; qvippe qvorum marsu-
pium non tumescit, qvando silent injudicio lites, qvod tamen
hydropicum exoptant, ut loquitur Carpzov. part. 3. decis. 246.
n. 4. ipsis tamen invitis aut insciis, lite licet jam in judicium
addicta, transfactionem super ea valere, non est dubitan-
dum. Etenim cùm pars litigans mandatum plane revocare,
& mandatario valedicere, lite etiam contestata, intervenien-
te justa & sufficiente causa, possit. l. 17. l. 65. in fin. ff. de procurat.
Felin. in cap. ex parte Decani n. 21. X. de rescript. certe nunquam
causa

causa justior & magis sufficiens ad mandatum revocandum,
quam si lis amicabiliter fuerit finita, excogitari potest. Et
licet per litis contestationem in judicio quasi contrahatur
l. 3. §. 11. ff. d. pecul. imo procurator post illam fiat litis do-
minus l. 23. C. d. procurat. prius tamen respectu litigantium
saltē, non vero procuratoris, posterius autem non omnino,
sed ratione certorum saltē effectuum verum est, unde neu-
trum transactioni huic obicem ponere valet. Vid. *Carpzov.*
dist. decif. 246. Imo litigantes ipsos solum audire in Judicio,
sine Advocatis multum s̄a pe juvare, usu compertum esse, di-
cit *Mevius part. 3. decif. 300. n. 4.* Non solum autem Litigatu-
ris consoltius est, viam amicabilis compositionis potius am-
bulare, & amore pacis, de jure suo paululum cedere, quam
in judicio de tota causa periclitari, sed etiam Magistratui ac
Judici circa concordiam magis, quam circa justitiam studen-
dum est. *Guevarr. lib. 2. horolog. Princip. c. 38.* Inde non sal-
tem laudabiliter à Judicibus tentatur concordia inter partes,
antequam ad processum deveniatur. *Faber in Cod. lib. 9. tit.*
22. sed etiam illorum officio, ut id faciant, omnino incum-
bit. l. 13. §. 3. ff. d. usufr. l. 21. ff. d. reb. cred. c. 1. X. d. mut. petit.
c. ult. X. d. transact. c. 15. X. d. simon. can. si illis. 23. q. 4. *We*
senbec. lib. 1. conf. 21. n. 14. *Tboloſ. in syntagm. Jur. lib. 47. cap.*
1. n. 14. Carpzov. lib. 2. Resp. 51. n. 7. Pertinet enim ad offi-
cium judicum lites diminuere d. l. 21. ff. d. reb. cred. & fomen-
ta ac occasiones illarum tollere, &, si fieri possit, restringe-
re, non autem laxare, ne finis unius litis fiat alterius prin-
cipium. l. 13. C. d. judic. l. 20. C. d. agric. l. 11. C. d. reb. cred. in-
terestque Reipubl. potius concordia lites componi, quam
multos per annos, haud sine discordia civium agitari l. fin. ff.
pro suo l. 2. C. d. re judic. *Ventur. de Valent. in Partb. litig. lib. 2.*
cap. 4. n. 14. Q̄a res causam dedit in omnibus fere Euro-
pæ provinciis statuto: ut lis omnis concorditer & amicabili-

ter componatur, antquam litis & processus via tentetur, ut
de Gallia testatur Faber. in Cod.lib.9. tit. 22. de Italia Fulgos. Conf.
152. de Germania. Ventur. de Valent. dict. cap. 4. n. 10. Idem
in specie in Provinciis Electoratus Saxonici observari, salu-
berrime jubet Ordin. Process. tit. 1. §. Besonders aber: ibi: Da-
mit nicht leichtlichen und ohne unterscheidt / die Zwischen den Par-
teyen entstandene Irrungen / in weitläufigen Process gewiesen/
sondern / so viel immer möglich / zu vor versuchet / ob die Par-
teyen entweder auf billige Masse in gutem zubergleichen &c. vid.
Carpzov. in Process. tit. 10. art. 1. n. 22. Idque in tantum obti-
net, ut quamvis ad instantiam partium Commissarii, ad faci-
liorem audiencem obtainendam, & minores sumptus faci-
endos fuerint delegati, ita tamen semper concordiam tentent,
priusquam processus viam aperiant. Carpzov. lib. 2. Resp. 51. n.
9. & seqq. Amicabili autem hac compositione à Judice te-
mere neglecta, processus non est nullus, nec reus ab obser-
vatione judiciisabsolvendus, sed respondere nihilominuste-
netur. Pruckmann. vol. 1. Cons. 42. n. 1. & seqq. Carpzov. part. I.
const. 1. def. 10. n. 13. Multo vero minus litigaturi, inviti & re-
luctantes ad amicabilem compositionem regulariter cogi pos-
sunt, sed tunc proceatum admittere tenetur judex. Syrer. proc.
Jur. part. 1. cap. 2. Observ. 3. n. 9. ibid. Dd. alleg. Carpzov. d. part.
1. const. 1. def. II. Nemo quippe jure compellitur ad transigen-
dum vel paciscendum l. 3. §. 1. ff. d. recept. arbitr. l. 56. §. 1. ff. d.
evict. l. 41. C. d. transact. l. 16. C. d. jure delib. Nov. 124. cap. 4. Gaill.
lib. 2. d. pac. publ. cap. 18. n. 9. Hinc vulgo dici solet, concordiam
svaderi, non imperari posse, aut pacem esse bonum perswasio-
nabile, non compulsibile. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent.
§. eas. 242. n. 8. Dantur tamen nonnulli calus, quibus litigan-
tes aut litigaturi ad amicabilem compositionem compelli pos-
sunt, maximè quando lis vertitur apud judicem seu Magistra-
tum superiorem. Matth. de Afflict. decis. 149. n. 7. & 8. inter quos
practi-

principiū sunt. 1. si sit de alimentis. Ventur. de Valent. lib. 2. cap.
4. n. 22. 2. si dissensio sit inter personas insignes, ex qua tota
Respubl. turbari & scandalum publicum oriri posset arg. l. 21.
§. 1. ff. d. captiv. & postlim. rev. Unde refert Panorm. inc. fin. de
re judic. qvod, ubi duo domini non possunt convenire in re-
gimine terrarum suarum communium & non divisarum, su-
perior inducere eos possit ad concordiam, ut regant alternis
vicibus. 3. Si timor majoris malis subsit, ne scil. partes ad
arma veniant l. 13. §. 3. ff. d. usufruct. Menoch. lib. 2. arbitr. jud.
quest. cent. 5. cas. 442. n. 9. Carpz. part. 1. const. 1. def. 11. n. 3. & 4.
4. Si partes diu litigassent, & causa admodum sit dubia & in-
tricata, ut de facili expediri nequeat c. placuit. dist. 90. Ayrer. d.
cap. 2. Obs. 3. n. 10. ibique alleg: Idem s. procedit in causa crimi-
nali anteqvam committatur delictum arg. l. 5. C. d. bis qui ad
Eccles. conf. Vid. Gaill. de pac. publ. d. cap. 18. n. 8. & seqq. Ut non
immerito hinc appareat, dictum illud: omnia prius experiri
verbis, quam armis, sapientem decet, etiam in hac materia of-
ficiūlum, imo utramque paginam facere. Qvod dictum,
loco inauguralis Disputationis, exemplis illustrandum, ejus-
que occasione leges pricipias istuc spectantes explicandas sibi
sumpsit Clarissimus ac Prænobilis DN. noster CANDIDATUS
JOACHIMUS GOTHOREDUS STEMWEDE. Natus
autem is est Sverini, Anno post Christum natum M DC LXI.
Mense Novembr. Patre, Viro Amplissimo ac Prudentissimo
DN. SIMONE STEMWEDEN, Consule Urbis Sverini, &
Matre sui sexas virtutibus Ornatisima M A R G A R E T H A
Lichhorsten. Qui parentes, adhuc dum superstites, in id
maxime incubuerunt, ut rudis ejus & adhuc infirmus animus,
a primis annis optimis disciplinis & studiis imbaeretur. Hinc,
cum ingeniū putarent qvodammodo capax, Scholam Patriam
frequentare illum jusserunt, in qua usus est Dn. M. P. Mulleri,
Rectoris, & Dnn. Christiani Luttichii, Johannis Alberti Schrö-
deri-

deri, Joachimi Molii, Con-Rectorum fidelis informatione. Postea, annum forte 16. cum complevisset, e jussu Parentum contulit se Lubecam, cuius Gymnasio per annum & semestre interfuit, Rector tum temporis Dn. Abrahamo Hinckelmanno & Dn. Lippenio Con-Rector. Domum iterum reverius, & Dn. Bervvardi Rölichii h. t. Rectoris Sverinens. privatissima informatione exceptus, in stylo, Logicis Historicis, Geographicis aliisque Philosophia partibus diligenter instructus est. Quibus fundamentis probe jactis, studii Juris addiscendi cupidus, ad hanc nostram Academ. Rostoch. se contulit, ibidemq; non solum solidiora Politices, sed etiam primajuris elementa & principia, Præceptore ac Hospite Dn. Johanne Sibrando, U.J.D. & Prof. Decret, famigeratiss. Amico, Collega ac Fautore nostro estimatissimo hausit, nec non reliqvorum Nobiliss. Dnn. Profess. ac Collegarum favorem, frequentando Collegia & Publ. & privata insigniter sibi conciliavit. Annus cum in hisce principiis addiscendis abiisset, missus à Parentibus suis est in Academiam Jenensem, ut in ista studium Juris continuaret. Nactus autem ibidem est privatos Præceptores Nobiliss. ac Consult. Viros Dn. Adrianum Bajerum, J.U.D. famigeratiss. Dn. Christoph. Hartungium, Philos. & U.J.D. celeberrimum, ut & Dn. J.B. Frisen, U.J.D. fulgidiss. nec non Lectionib. & Disp. Nobiliss. & Excell. Dnn. Profess. & audiendo, & disputando & opponendo ledulus interfuit. Horum autem omnium auspicio ac ductu, in utroq; jure, omniq; ejus parte, tantos tandem fecit progressus, ut ad nostram Academ. reversus, nomen suum Ampliss. Facult. nostra Juridicæ professus fuerit. Et cum ad examen rigorosum admitteretur, omnium Assessorum suffragiis dignus judicatus est, cui, pro summis in Utroq; Jure honoribus ac privilegiis consequendis, Disp. inauguralē habendi potestas concederetur. Cum autem illa B.C.D. ad diem 9. Julii in Auditorio Majori, horis ante- & pomerid. sit habenda, quo solennior existat, meo & Ampliss. Facult. nomine Magnif. Dn. RECTOREM, Omnes omnium Facultatum, Professores, Doctores, Licentiatos, verbi Divini Ministros, Philosophia Magistros, suis titulis & honoribus splendidissimos, Nobiliss. Dnn. Studiosorum Coronam, omnesq; adeo Literatos Literarumque Fautores ea, qva par est, observantia & humanitate invito.

P.P. Rostochi Sub Sigillo Facult. Jurid. die 28. Junij, A. 1685.

• 6. 3. 6

35. Redeker, de dignitate eq[ue]strie.
36. Schaeffer, de officio praefuti castelli ad extrema
obligati, dan sij nequae falle, tis n[on]dum cog tan
moni, idem h[ab]et n[on]dum dan engt. Blütt Troy lan.
37. Schaeffer, de peri ou loja concepti one instrumenti.
38. Romerschkauf, de parentibus inter liberos dispe-
nuntibus eorumque iuribus.
39. Pfeffel, exere: acad. apudius folam i[n] garantiam
quantumvis iustam et probabilem nullam operari resti-
tutionem d. p. aduersus qualemcumque praeceptiōnē.
40. Pfeffel, de edicto d. Hadriani tollendo.
41. Pfeffel, utrum unas testis faciat torturæ locum?
42. Paetzsch, de revenditionis pacto.
43. Fuchs, matrimonium modo inconsuete celebra-
tum validum.
44. Graffland, de condicione furtiva.
45. Gramlich, de illicito concubinatu.
46. Grande, de jurejurando vir voluntario vir missario
f[ac]tū judiciali
47. Grantzius, de tacite renunciacione iuris et capi-
tationis quesiti.
48. Rudeker, navigatio ad romanos affarum.

49. Schaefer, de aequitate edicti, quod quisque jus in alterum
flatur, ut ipse eadem jure statuerit.

50. Schaefer, an genus, vel nomen actionis in libellum
sit exprimendum.

51. Schaefer, de affirmatione contract. unicuius lateris.

52. Schaefer, de convenientia et discordancia entia et rem
muni cationis majoris cum baro in personali, in genere,

53. Schaefer, de iure romani indulgentie circa concubinatum.

54. Schaefer, de iure interrogatio-num.

55. Pauli, observations curiosae ex iure romano.

56. Pauli, de criminis altheismi ejusque poena.

57. Penningbittel, de tessellati imperficii approbatione.

58. Carpzow, de usus.

59. Ludowicus, de collectione bonorum.

60. Ludowicus, de mora tam debitoris, quam creditoris.

61. Ludowicus, de fidejussionibus.

3
H

Interdum tamen, tam heredibus q
media competunt. Olim enim potestas erat
fideiussores: Sed nouissimo iure non perm
forem conueniri prius, quam excusso fiat in
isq inueniatur minus idoneus.

XXVIII.

Sed, si fideiussor se obligauit vt pri
sum proprium, nisi in specie beneficio ex
C. eod: renunciauerit, recte Hyppol. de Ma
debitore non excusso, affirmat, quod & nos
Elect: contrarium tueatur.

XXIX.

Si plures sunt fideiussores, singuli in se
& conueniri posunt, siue id nominatim co
omnes sint soluendo, siue non.

XXX.

Contra quam tamen exactio solidaria
Epist. D. Adriani succurritur fideiussorib.
ator a singulis, modo soluendo sint, virilem
latur, nisi & isti beneficio in cautione.

XXXI.


Quod si unus ex fideiussorib. se
subueniri solet, vt creditor compellatur venire
ipse habet, adeo vt in solidum condemnari
nisi cœperit, idem desiderari possit, & hoc
ante solutionem aut in ipsa solutione aut etiam
libet spontaneam.

XXXII.

Et cedi debet actio talis, qualis fu
adeo, vt si in solidum soluit, ius, quod
cedendum est.

A iiii

Sif.



ribus Iuris re
to reo, eligen
iter interces
is principalis,

ndo debitum
uth. præsente.
ueniri posse,
muis Const:

re obligantur
non, & siue

uiusionis ex
inceptis credi
etere compel
um fuerit.

e. Velit, ita ei
nomina, que
cati conve
itramur vel
em, quam
creditoris,
in solidum
Num